Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Finis nostræ creationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

CONSIDERATIO VII.

AMOR DEI,

Finis noſtræ creationis.

ANima creata ad imaginem DEI, participat Eſſe DEI. Unde, ſi DEUS vivit amore, operatur amore, & beatus eſt amore ſuiipſius, eadem ratio eſt animæ, & vita ejus aliud eſſe non debet, quàm amor: ut amet DEUM, operetur amore DEI, & ejus amore ſolo beatum ſe cenſeat. O anima, cogita, quid ſis: quod tuum eſſe? *Amare*, quis tuus finis? *Amare*, quæ tua beatitudo? *Amare.* Si amas, es: ſi non amas, non es. Amando DEUM tuum, in DEO es omnia: non amando DEUM tuum, extra DEUM es meriſſimum nihil.

Et ſi finis animæ eſt amor, etiam facultatum ejus finem erit idem amor. Finis corporis, amor: finis ſenſuum, amor. Si quid intellectu cognoſcat, amor debet eſſe finis: ſi voluntate quid amplectatur, Amore id faciat: ſi quid videat, ſentiat, Amore videat, ſentiat. Si paſſibus corporis aliquo ſe conferat, actus amoris ſint comites. Denique Sigillum cordis ſit Amor, nihil ut intret amori contrarium, Amori, dico ſancto & puro. Cœleſtis Amor DEI poſſideat ſemper cor tuum, poſſideat animam tuam, poſſideat corpus tuum: omnis tui motûs, & affectûs, ſolus Sanctus Amor ſit principium, & finis.